

Neque facundia ostentatio rudi & indocto, neque gloria cupido rustico & barbaro, neque inceptio patrociniurum leni congruit, Lucius Apuleius lib. 2. de Magia. Potest autem quis falso gloriari. Idem lib. 3. Floridorum. De suis homines laudibus libenter praedicant. Julius Caesar lib. 9.

¶ APOPTHEGMATA.

Diogenes puero cuidam, qui vellet se recipi in numerum discipulorum Diogenis, ac diceret se excellere ingenio, respondit: Si adeo excellis ingenio, optimisq; moribus praeditus iam es, non est quod me praecceptore ad vitam necessaria discas. Norauit autem inaeam adolescentis iactantiam, & in dignum putauit vt in philosophia studio educaretur, Bruf. lib. 3. ex Laert.

Aristoteles admonerat suos, ne nimium se laudarent ipsos, nec vituperarent etiam. Laudare enim seipsum, vani: vituperare, stulti est, Bruf. l. 3. ex Stob.

Phocion. Laosthenes quum Athenienses ad inferendum reliqua Graeciae bellum assiduis stimulis concitaret, ac de se multa variaque iactaret, Phocion ait: Cupressis sunt plane similes sermones tui, illi enim magni sunt, nec tamen vlllos ferunt fructus. Plut. in Pho.

Anonymous. Peregrinus quidam Sparta crepidarus altero pedesians rectus, ad Laconem dixit. Nequaquam puto te, o Lacon, tantum temporis, quantum ego, in pede perstare posse: Vibane excipiens Lacon: Minime (inquit) sed ex aseribus nullus est, qui hoc non possit. Plut. in Lacon.

Lacones. Philippus cum minaretur Lacedaemoniis per literas, diceretq; se omnia quae conarentur prohibitorum: Lacedaemonii iactantiam eius irridentes, interrogarunt Philippum, num mori etiam eos esset prohibitorum? Plut.

Fabius Max. Quum M. Luvius sibi postularet acceptum ferri, quod Fabius cepisset Tarentum, videlicet quod in arce praesidium habuisset: ceteris iactantiam hominis deridentibus. Vera (inquit Fabius) narra: nam nisi tu civitatem amississes, nequaquam ego recepissem. Plut. in apoph.

Vatinus. Ciceroni iactanti apud Vatinium, quod humeris Reip. de exilio aduectus sit, vibane inquit: Vnde tibi varices? Bruf. libro tertio.

M. Caesar. Sylla factus praetor, quum indignabundus Caesari sua in se illum potestate vsurum esse dicitaret, videns Caesar, Recte, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. Plut.

August. Caesar. Quempiam saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem, sic leuiter vrbaneq; castigauit: At quum fugeres, inquit, nunquam respexisti? Bruf. lib. 3.

¶ SIMILITVDINES.

Plutarchi, Stoici qui se dicunt inuictos, improhibitos, & cetera, cum omnia secus patiantur, similes sunt nauibus quibus inscriptum est εὐπλοία καὶ πρόνοια αὐτῶν καὶ ἰσχυρὰ δὴρῶναια: hoc est, splendidi, ac magnifici tituli: at nihilo secius interim iactantur fluctibus, comminuantur, ac subuertuntur. In Moral.

Erasmi Roterodami: Gallus victor ilico cantu superiorem sese testatur. Ita quidam sua facinora iactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines. In Simil.

Thrueri. Ligna quae plurimum fumi exigunt, fere minimum caloris exhibent: ac fere minima possunt, qui plurima iactant, In apoph. 55.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Iactantiae exempla. Pharao, Exod. 5. 2. Gaal filius Obed, Iudic. 9. 28. Goliath, 1. Sam. 17. 8. Abfalom, 2. Sam. 15. 4. Adonias, 1. Reg. 1. 9. 9. Roboam, 2. v. 10. 14. Iezabel, 19. v. 2. Benadad, 30. v. 10. Rabiaces, 2. Reg. 18. v. 33. 2. Paral. 32. 13. Esa. 36. 18. Holofernes, Iud. 6. v. 1. 2. 3. Aman, Esth. 5. 11. Rex Assyriorum, Esa. 10. 13. Babylon, 14. 13. 47. v. 7. 8. Moab, Iere. 48. v. 29. 30. Tyrus & Rex Tyri, Ezech. 27. 3. 28. v. 2. Pharao, Rex Aegypti, 29. v. 3. 9. Chaldaei, Dan. 2. 4. Nabuchodonosor, 3. 15. 4. 27. Israelitae, Amos. 6. 2. 13. Edom, Abd. v. 3. Niniuite, Soph. 2. 15. Seron, 1. Macch. 3. v. 13. 14. Demetrius, 10. 70. Nicanor, 2. Macch. 88. 11. Antiochus, 9. 4. Pharisei & Sadducei, Mar. 3. 9. Luc. 3. 8. Ioan. 8. 39. Diabolus, Matth. 4. 9. Luc. 4. 10. Pseudopropheta, Matt. 7. 22. Diues Adolescens, 19. 20. Marc. 10. 20. Filii Zebedaei, 20. 22. Marc. 10. 39. Petrus & reliqui Discipuli, Matth. 26. v. 33. 31. Marc. 14. 9. 29. 31. Luc. 22. v. 33. Ioan. 13. 37. Legisperitus, Luc. 10. 29. Phariseus, 18. v. 10. 12. Piliatus, 21. 1. Iudaei, Ioan. 7. v. 27. 8. v. 33. 39. 41. 9. 28. Act. 23. 12. Pilatus Ioan. 19. 10. Simon Magus, Act. 8. 9. Pseudoapostoli, Gal. 6. v. 13. Iactantiae poena, 2. Sam. v. 10. 14. 15. Iactantia bona, Iere. 9. 24.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Aletrionem, ducem Philippi Regis, Chares Atheniensis confecerat: cuius facti, cum nimium crebro, nimisq; insolenter apud populum Atheniensem meminisset, vulgo vsurpari coepit proverbio in iactantibus, φιλί: καὶ ἀλοκτερου. Erasmi adagis.

Adolescenti cuidam iactanti, iere dicit Rhodi esset admirabilis fessit saltus, quidam ex auditoribus, in sermone, id est pho: inquit, εὐπλοία καὶ πρόνοια, ecce saltus. Erasmi, in adagis.

Phocion, quidam peripateticus libro suo titulum fecit νεγος ἀμαλθευσι, teste Gellio. Plinius idem ostendit, Gracos aliquor hanc inscriptionem, nimis arrogantem suis commentariis imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti, atque accipi possit. Idem.

Myxus Sacerdos quispiam fuit Dianae gloriosus, & magniloquens, qui se fingebat omnia mirari: hinc in superbos & gloriabundos dici consuevit. Papae Myxus, Erasmi adag.

Simonsides cantilenarum conditor, cum Lacedaemoniorum rex Pausanias, qui perpetuo res suas gestas iactabat, iuberet ioculariter, vt sibi praecceptum aliquod sapiens daret: postquam hominis insolentiam aduertit: Vt meminisset consulebat, hominem se esse Plut. in orat. consol. ad Apollonium.

Socrates Alcibiadem intutus, ob diuitias inflatum, & superbientem opibus praediisque, in quendam locum duxit, in quo suspensa erat cosmographica tabula, terrae circuitum complexa: iussitq; Alcibiadem, Atticam in ea inquirere: quam vt inuenit: sua etiam praedia inspicere praecipit. Quae cum Alcibiades nusquam esse picta diceret: cur igitur, Socrates inquit, ob illa superbis, quae circa nullam terrae partem existunt? Erasmi apoph. ex Elia. l. 3.

¶ FABVLA.

Talpa.

Talpa animal est oculis captum: Hoc ad matrem aliquando suam, morum video, dixit. Atque iterum, thuris odor compleuit nares meas. Tertio sonitus aeris attingit aures, inquit, meas. Cui mater respondit, se intelligere de dictis non modo ipsum lumine, sed oratu etiam atque auditu priuatum esse.

Fabula notat gloriosos & Thrasones istos, qui dum se mirifice ostentant & iactant, in minimis sepe deprahensi redarguuntur. Glorior.

Reuerfus in patriam quidam suam, vnde aliquot annis abfuerat, in omnibus coetibus gloriabatur praecleara facinora sua: atque se in insula Rhodo saltando signum fixisse, quod nemo omnium quum adessent assequi potuisset. Huius se habere testes vniuersos Rhodios, enes aiebat. Tum vnus de circulo: Heustu, inquit, si vera praedicas, hoc esse loco Rhodum puta, & sic saltum istum edito.

Fabula haec subiicit, quod & Demosthenes dicit, vanam esse orationem omnem, quae rebus deficiatur. Prouerbum autem hoc vsurparunt veteres, in ostentationibus gloriosorum retundendis, vt sic illos increparent. Hic Rhodus, hic saltato.

Saga.

Saga quaedam & mulier diuinatrix, auertere se deorum iras & placare infera numina posse, profitebatur. Quam ream quidam fecere, postulantes impietatis, causaque iudicibus probata, cum ad supplicium illa damnata abduceretur, de turba quidam irridens, Heustu, inquit, quae pollicebare aliis diuinae irae procuracionem, non potuisti humanam sententiam mitigare?

Fabula narratur in magnarum rerum professores, qui minimarum sint imperiti.

Idea.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IDEA dicitur ἀπὸ τοῦ εἶδος, quod est species & forma. Et est forma exemplaris, qua res fiunt & cognoscuntur, quae est in mente artificis, secund. B. Thom. 1. part. 9. 15. Hinc idolum cum accentu in penultima, cuius diminutium est idolium, similiter cum accentu in penultima, & idololatria, de quibus infra, & idolothysia, hoc est, immolatio, quae fit simulachris, idiotae o, vero dicitur proprius, a quo idiotae siue idiotae, dicitur indoctus, & inutilis, quasi tantummodo & nulli alii utilis. Lucilius: Quid ni, & tu idem illis ratum me atq; idiotam dicere.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Nobis etsi difficilis existit quaestio, quod nobis amici sint ii, qui Ideas induxerunt: tamen aequum est veritatis retinendae causa sua, etiam decreta tollere, Philosophos praesertim. Etsi enim utique chari sunt: tamen praeclearum est pluris aestimare veritatem. Ethic. lib. 1. cap. 6.

Ideas quidem esse aut communem aliquam naturam a rebus singulis separatam, vt demonstratio sit, non est necesse: sed illud tantum verum est, necessitatem esse, vt communis aliqua ratio sit, quae in rebus singulis cohaereat, lib. 1. de Demon. c. 8. T. 25.

Neque idea est vlla in re quae esse videatur & appareat, & species ad speciem referri videatur, Top. l. 6. c. 3.

In hoc occulte peccant ii, qui Ideas inducunt. Nam naturales formas fecerunt a materia, cum minus quam Mathematica separari possint, lib. 2. de Nat. c. 2. T. 19.

Ii qui species inducunt, partim recte dicunt, dum eas a rebus singulis se iungunt, si modo essentiae sint partim non recte, quod CCC speciem